Vniversis et Singulis huiusmodi seriem inspectu=
ris visuris lecturis pariterque audituris Attestor fidemque indubiam
facio Ego Mathias Borras auctoritatibus Apostolica atque Regia per
totam terram et ditionem S. C. R. Regie Magestatis Domini nostri
Hyspaniarum Regis notarius et scriba publicus ville sancti Cucu=
fatis vallen. Diocesis Barch.ne Infrascriptus quod penes me dictum
et infrascriptum notarium in Capitulo Monasterij sancti
Cucufatis vallen. diocesis Barcinone fuit receptum et testifi=
catum quoddam procurationis yconomati et actorie instru=
mentum in eius apparitia thenoris huiusmodi = Die sexta
Mensis Novembris Anno Anativitate domini Millesimo sexcen=
tessimo trigessimo sexto in capitulo Monasterij S.ti Cucufatis vallen.
Nos Frater Don Gispertus Amat et Desbosch Monachus
professus et Camerarius Monasterij sancti Cucufatis vallen. Or=
dinis sancti Benedicti Barcinonen. dioc. vicarius Generalis
dicti Monasterij Pro Admodum Illustri et R.do domino fratre
Don francisco de Exil Dei et Apostolice sedis gratia Abbate dicti
Monasterij, Frater Josephus de Calders Prepositus mayor, Frater
Gaspar de Planella et de Cruylles dispenserius mayor, Frater
Don Franciscus de Ivorra Beneficiatus beneficij Beate Marie
Frater Ludovicus Joannes de Calders Beneficiatus S.te fidei Frater
don Gaspar Casamitjana et de Exill Et Frater Gaspar Bonaven=
tura et de Gualbes, Omnes monachi professi eiusdem
Monasterij sancti Cucufatis vallen. Ordinis sancti Benedicti
Convocati et congregati de Mandato meo dicti fratris Don Gisperti
Amat et Desbosch vicarij Generalis praefati Ad sonum Campane
(ut moris est) Intus Capitulum eiusdem Monasterij ubi pro
infrascriptis et alijs dicti Monasterij comunibus negotijs Convo=
cari et congregari consuetum est ex longeva et antiqua hactenusque
observata consuetudine Hidemque ex causa infrascripta Capitu=
lum tenentes facientes celebrantes et representantes tanquam
mayor et sanior pars et plusquam due partes monachorum
Conventualium predicti Monasterij Appresens in eodem Monas=
terio residentium Sub cuiusquidem Capituli protectione et admi=
nistratione consistit Administratio Anniversariorum et missarum
Ecclesie predicti Monasterij et conventus Et sich Convocati et
congregati Gratis &c Constituhimus creamus et ordinamus ac
deputamus Procuratorem Yconomum et actorem nostrum seu

2

verius dicta administrationis Anniversariorum et Missarum Celebre
dicti Monasterij et conventus Certum & spag & Vos dictum Rdum
Dominum fratrem Don Gisbertum Amat et Desbosch Camerarium et
Viccarium Generalem preffatum presentem & Videlicet pro
nobis nomine dicti Monasterij et conventus seu verius pro dicta
administratione anniversariorum et missarum Celebre dicti
Monasterij et Conventus Petendum exhigendum recipiendum
recuperandum consequendum et habendum ac habuisse et rece=
pisse confitendum Omnes et singulas ac quascumque pecunie quanti=
tates, florenos, Morabatinos, Census, fructus, reditus et proventus
decimas, primitias, explectorum partes, pentiones censualium mortuo=
rum, tertia, laudemia et foriscapia Et omnia alia quelibet bona
res et iura ac emolumenta quecumque que dicte administrationis Ani=
versariorum et missarum Celebre dicti Monasterij et Conventus
et seu nobis ipsius nomine debentur et debebuntur detinentur et
detinebuntur fiunt et prestantur fientque et prestabuntur ac solvi
habent et habebuntur per quasvis universitates Comunitates Capi=
tula conventus, corpora Collegia et singulares personas tam con=
iunctas quam divisas quibusvis rationibus nominibus iuribus titulis
sive causis Et inde de receptis et recuperatis habitis et exactis
Apocham et apochas albarana fines diffinitiones quorumcumque
debitoriorum et aliarum obligationum Cancellationes Et quovis
titulo sive causa cessiones tam ad tuendum res emptas quam etiam
alias faciendum et firmandum Et pro his et eorum occasione
ac etiam alias in quibuscumque tribunalibus consistorijs et curijs
ac coram quibusvis dominis officialibus iudicibus iustitijs et
personis tam Ecclesiasticis quam secularibus ac coram Exmo Dno
locumtenenti et Capitaneo generali in presenti Principatu
Cathalonie et in eius Regia Audientia quam etiam alibi ubi expe=
diat Comparendum & Emparas & faciendum & et eas cancella=
ndum & Item ad omnes lites large Cum toto solito et assueto
ac amplissimo litium cursu facultatibusque expressis iurandi
de calumnia & Cautiones quascumque tam iuratorias quam fide=
iussorias prestandi & Clama et retroclama exponendi & Et
Execuciones quascumque instandi & Cum posse substituendi
ad omnia & Et demum ac generaliter & Nos enim & Promit=
timus dicto nomine iudicio sisti & habere rattum & Et non

renovare et sub bonorum nostrorum et dicte administrationis
prefati Monasterij et conventus omnium obligatione. Actum et
testes sunt Magnificus Barnabas Cabanyes cerexius civis
Barb.no Et Franciscus Comelles de familia dicti Monasterij et
conventus sancti Cucufatis Vallen. Ut igitur premissis manu
propria fideliter scriptis in iudicio et extra iudicium fides plenaria
tribuatur Ego idem Mathias Borras notarius et scriba supra
memoratus hic me subscribo et meum quo utor in publicis
claudendis instris appono sig  num.



Procura feta per lo Mo.[ix] y
Conuent de St. Cugat del valles
al Ill.[mo] senor Don Guispert Amat
y desbosch ~~[illegible]~~ camar[ix]
rer y vicari general de dit Mo[ix]
Pera demanar rebrer firmar apoques
y pera coses y plets ab poder de substituir

[illegible]